



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XLV. Romana prætensa devolutionis somus. Impositio census, an sit  
species prohibitæ alienationis, ita ut per eam inducatur caducitas; Et quid  
de alienatione ex ausa dotis, An eumdem caducitatis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

*des. 102.* & habetur latius deductum in Auximana  
dotium sub sit. at date fidei commissi, ubi firmatur  
successorem primogenituram seu feudi vel similis rei,  
quamvis jure proprio, cui prædecessor præventi-  
vam restitutionem seu refutationem se erat ex f. u-  
tibus perceptis durante vita seu jure refutans, te-  
nere dorare istius filias, & ad alia onera tanquam  
possessor interim jure alieno non suo; Et sic pun-  
ctus non est in natura, seu qualitate concessionis,  
sed est in incapacitate ipsius rei, quæ ex lege acqui-  
sitionis est incapax recipiendi hypothecam, vel  
aliud onus reale sine praescripta solemitate, ut ha-  
betur in dicta Romana concursus creditorum, disc. 8.5  
ac etiam in materia officiorum, quamvis essent ta-  
lia, quod ipsa vel eorum pretium essent hereditaria, sub tie. de Regal. ad materiam officiorum & locorum  
Montium; Et habemus tanquam absolutum in  
feudis, præsertim in Regno Neapolitano,  
ubi habent admixtam qualitatem ultimi morientis,  
& tamen id nullius est operationis, quoniam ut  
dictum est, punctus consistit in ipsius rei incapacita-  
te, ut non sit apta recipere hypothecam vel aliud  
jus sine assensu.

ducitatis in casu contraventionis, unde cum dicta  
domus posseditrix plares census super eadem domo  
absque dicti Rectoris licentia imposuit, necnon  
pro maritanda nepre ex filia, omnia ejus bona in  
dorem constitueret, præsertim vero istam domum  
ad speciem reducendo. Hinc prætendere copia  
Rector, ob hujusmodi alienationes, vel de jure, vel  
tatione pacti, factum esse locum devolutioni, cuius  
judicio intentato contra Mazzucchellum ejusdem  
domus ex judiciali subhastatione possessorum non  
controvertentem solvere laudem pro ejus nova  
acquisitione, atque Ecclesiam in dominiam reco-  
gnoscere.

Pro isto scribens, improbabilem maleque fun-  
datam, etiam cum sensu veritatis, dicebam auctoris  
prætensionem; Quatenus enim pertinet ad aliena-  
tionis speciem deducitam ex impositione censum,  
attenta sola juris dispositione, secluso pacto, certum  
est, quod fave contractus esset emphyeusis, sive  
locatiofis, subprohibitione alienationis resultante  
a dispositione juris, non venit impositio census, ut  
poterit non importans translationem dominii vel juris  
realis, sed simplicem hypothecam, ut tanquam ab-  
solutum firmatur apud Seraph. des. 794. nn. 18. & 8.9  
ac verius de jure probant in his terminis Clari. 9.  
emphyensis quest. 21. Tiraquell. de retrat. signag. §.1.  
glos. 7. nn. 4. S. Mant. de sacri. lib. 11. tit. 4. nn. 2.4. Ful-  
gin. de emphy. sit. de alien. quest. 1. nn. 10.8. & sequen-  
tia quos cateti habentur.

Licet enim in materia prohibita alienationis  
bonorum Ecclesie juxta terminos extravag. ambitio-  
sa, ex recepta Doctorum interpretatione, imposi-  
tio etiam census veniat ut poterit induciva cuiusdam spe-  
cierum servitutis, seu onoris, Nihilominus cum DD.  
id firmaverit in dictis terminis, ut poterit magis rigor-  
osus ob Ecclesie favorem, ac majorem juris resisten-  
tiam, E converso autem, receptum non sit in hister-  
minis emphyeuticis, quamvis ageretur de emphye-  
eus Ecclesiastica, cum utile dominium ut poterit in  
privata manu existens non dicatur Ecclesiasticum,  
neque cadat sub terminis dictæ extravagantis, ut ex  
Manis. Redan. & alio Fulgin. loco citato nu. 10.1. id-  
circo admittenda non est onerum & prohibitionum  
odiosa extensio.

Quod clarius in præsenti procedere dicebam,  
dum agebatur, non ad effectum annulationis actus,  
sed ad effectum penalis caducitatis, pro qua indu-  
cenda strictius proceditur; Siquidem in eisdem ma-  
gis rigorosis terminis extravag. ambitio-  
sa, per quam inducitur nullitas actus, sed pœna alienanti-  
bus infliguntur, licet sub nomine alienationis veniat  
etiam impositio census, attamen id recte procedit  
ad effectum nullitas actus, non autem ad effectum  
pœnarum, ad quem extravagans prædicta intelli-  
genda est de vera & propria alienatione, non autem  
de hac remota & impropria.

Quia tamen in hac facti specie concurrebat ex-  
pressa prohibito hominis, intrabat aliqua difficultas  
ex auctoritatibus collectis per Fulgin. dicto sit. de  
alien. quest. 1. n. 112. firmantibus cura hac distinzione  
prohibitionem impositio census, quoties ex-  
pressa prohibito accedit; Verum observabam in  
hoc æquivocari, quoniam auctoritates per ipsum  
deductæ percutiunt casum, in quo prohibito esset,  
nedum de alienatione simpliciter, sed etiam de ob-  
ligatione, sive ubi alienatio latissimo vocabulo sum-  
pta esset, ut constat ex deductis per eundem Fulgin.  
loco proximi citato, quod in proposito dici non po-  
terat, cum prohibito per verba præcisa concepta es-  
set;

R O M A N A  
P R Ä T E N S E  
D E V O L U T I O N I S D O M U S  
P R O  
HORATIO MAZZUCHELLO  
C U M  
R E C T O R E  
E C C L E S I A E P A R O C H I A L I S  
S A N C T I N.

*Causa disputatus coram A.C. sponitus  
per concordiam.*

Impositio census, an sit species prohibita  
alienationis, ita ut per eam inducatur  
caducitas! Et quid de alienatione ex  
causa dotis, An eundem caducitatis ef-  
fectum operetur.

S V M M A R I U M.

- 1. *Causa controversia.*
- 2. *Sub prohibitione alienationis emphyon-*  
*sis an veniat impositio censu.*
- 3. *An census venias sub prohibita alienatione bono-*  
*rum Ecclesie.*
- 4. *Ubi etiam veniret, quomodo evitetur caducitas.*
- 5. *De differentia inter emphyeusim Ecclesiasticam*  
*& privatam ad evitandam caducitatem.*
- 6. *Ignorantia excusat a caducitate.*
- 7. *Bona emphyeusica an possint dari in donum.*
- 8. *Statutum Urbis disponens bona emphyticam a pos-*  
*se dari in donum, an capiat bona Ecclesiastica.*

D I S C U R S U S X L V.

**V**Sque ab anno 1530. concessa fuit  
domus controversa in perpetuum  
pro heredibus quibuscumque  
sub prohibitione tamen alienatio-  
nis irquisito Ecclesie domina  
directe Rector, sub pena ca-

set, quod non possent domum vendere, alienare, aut in alium transferre, unde cum verbum alienare repositum esset in medio inter venditionem & translationem in alium, intelligendum est de simili specie alienationis vera & formalis, per quam res de uno in alium transferatur, ut per Gratian. *discept. 394. n. 7. ex Alex. conf. 155. n. 1. & seq. l. 2. Rot. dec. 8. n. 3. & 4. par. 3. recent.* ubi quod si verbum alienare positum est inter venditionem & alium actum inter vivos in prohibitivis & odiosis intelligentibus est de consumilibus alienationibus per actus inter vivos, secus autem in permisivis & favorabilibus & de quo non semel *sub tit.* de fidicommissis præserium in Parmen. fidicommissi de venturis.

Secundò quia stante pacto de retrovendendo adjecto in impositione censu, cui illud est ex Bulla Pii hodie cognaturale, & multo magis, stante ejusdem pacti exercitio re integra, & antequam caducitas acceptaretur, quæcumque pena cessat, ut punctualiter Seraph. *dicta decis. 794. n. 11. & clariss. decis. 39. n. 3. cum seqq. ubi evaginatur difficultas in precedentibus excitata, dictæque decisiones reputantur in materia magistrates, arque eorum veritas admittitur in Romana devolutione pro Monasterio S. Agatha. *dise. 4. o.**

Tertio quia quicquid sit, de emphyteusi privata, in qua rigorosus iuxta civilistarum opinionem proceditur, in illarum Ecclesiarum quæ equitatem servare tenetur, ubi chrys per talen actum effectum non est deterius, de facili intrat pena excusatio, Seraph. *dicta decis. 794. & 819. Fulgin. dicta quaf. 1. n. 117.* Et quartò demum, quia cum ageretur antequa concessione anporum, & ultrà, ad effectum pena opus esset ex parte agentis doceri in alienatione seu imponeente censu, conscientia hujusmodi prohibitionis, nam alias ignorantia, cum ex taeta temporis antiquitate, absque dubio sit probabilis, & justa, excusat à pena, secus ubi est omnino inversimilis & affectata, ut apud Seraph. *dicta decis. 794. n. 12.*

Neque scientia per actionem deducatur ex solutione canonum attendenda erat, quia ex hujusmodi actu vel etiam ex aliis resultantibus petitionibus consensus, seu recognitionibus in dominum induci quidem potuit in posse scientia directa dominii Ecclesiarum, quod domus est emphyteutica, non inde tam in fieri posse dicebam ad scientiam antiquæ investiturae & dictæ prohibitionis in ea cōtentæ, cuius certa, specifica, & individua scientia requiriatur, cum in plenariis & ad effectum gravis præjudicij scientia praesumpta non sufficiat, quoties præsertim allegata ignorantia est probabilis ex copiose deducatur per add. ad decis. 342. par. 4. rec. tom. 3. ix. n. 92. ad finem.

Quoverò ad aliam alienationis speciem resultantem ex affiguratione domus in dotem, dicebam quoque minus subsistentem esse prætensionem, Tum quia etiam in casu quo adest prohibitio, adhuc constitutio dotis, ubi res datur in aliam in subisdum, & aliis bonis deficitibus licita reputatur, ex deductio per Manic. de tacit. lib. 22. tit. 28. n. 39. Fulgin. *dicta de alien. q. n. 261. & seq. & admittitur in Romana vinea 27. Aprilis 1646. & 7. Junii 1647. coram Corrado quarum secunda est dec. 73. par. 10. rec. & in Romana domus 20. Maii 1647. coram Peutingerio impresso post Salgin labyrinth. decis. 33. & dec. 55. dicta p. 10.*

Tum clarius ex triplici circumstantia, Prima nemp quia non agebatur de doti data persona ex parte, sed nepti ex filia, quæ erat posseditricis legitima succeditrix, unde potius dici potest species resolutionis, quæ tanquam præventiva successio etiam in feudi aliisque strictius alienari prohibitis est.

permitta, ut habetur *sub tit. de feudi in Romana seu Rossanen. dise. 21. & in alia Romana pecunaria cod. tit. dise. 76.* Et altera, quia non data fuit ipsa sola domus, sed universitas omnium bonorum, sub qua accessoriæ, & tanquam ejusdem Universitatis pars seu membrum dicta domus veniebat, quo casu prohibitio cessat, ut habetur in proposito alienationis feudorum seu bonorum jurisdictionalium sub cessione haereditatis vel successionis in Tiburtina alienacionis castrorum dicto ist. de feudi disc. 68.

Et habemus in materia jurispatronatus, quod absque simonia labi vendi non potest, quinid neque sine Ordinarii consensu donati, & nihilominus venit sub contractu venditionis castri, vel alterius universitatis bonorum, etiamsi expressa fieret mentio, quoties hæc non est principals, & ut principali paliter illa in contractum prelio mediano deducatur, sed accessoriæ, seu demonstrative, & gratia declarationis ejus, quod jam sub universitate inest, & venit, ut in sede hujus materiae sepius est deductum.

Et tercia demum, stante statuto Urbis per quod expresse disponitur bona emphyteutica dari posse in dotem; Quamvis enim replicaretur Rotam in dicta Romana domus coram Peutingerio dec. 55. par. 10. rec. alias 33. post Salgin. firmasse hujusmodi statutum utpote iurale non comprehendere bona de directo dominio Ecclesiarum, recedendo à motivatis in alleg. Romana vinea coram Corrado dec. 73. ead. par. 10. Dicebam rāmen, quod quicquid sit de hujusmodi opinione, in qua resideret Rota moderna, quod statuta Urbis non ligent Ecclesias vel personas Ecclesiasticas, cum negari non possit esse articulum juris satis controversum, ut præsertim habetut in Romana pecunaria de Santa Cruce sub tit. de dote dise. 22. idcirco id abundare videbarū ad inducendam justam causam excusantem à pena, pro qua evitanda quilibet causa quamvis levis & opinata sufficit, ut sibi firmavit Rota, præsertim in his terminis emphyteuticis in Romana domus 13. Jan. 1662. coram Albergato de qua causa sup. dise. 4. t. præsertim quia constat etiam ipsam Rotam in hoc variasse & dubit. Iste, unde fortius se decipere potuit simplex mulier hujusmodi subtilitatum ignorans, causa vero abstegia judiciali determinata pet concordiam terminata fuit.

## FLORENTINA DEVOLVTIONIS

P R O

MENSA ARCHIEPISCOPALI,

C U M

P A Z Z I S:

Causa pendet in Rota.

De purgatione mortæ æquitate canonica ob canones non solutos quando intret necne; Et an justa credulitas solutionis canonum per procuratorem vel colonum excusat,